



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

De secundo fructu huius perfectionis, qui est, nemini obloqui. Cap. xxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Dorothei. doct. 6.

compatiatur, sinamus festucas aliorum, & nostras trabes extrahamus; Nam qui optant saluari (inquit Dorotheus) numquam curiosi sunt circa minima proximatorum delicta, sed circa sua semper occupantur, atque ea praecedunt.

De secundo fructu huius perfectionis, qui est nemini obloqui.

C A P. XXVII.

Psal. 71.

Aug. ibid.

ECUNDVS fructus perfectionis, ut respicit proximos, est, nemini verbo, aut sermone contumeliam aut iniuriam irrogare, sed fratrum absentium semper honorem tueri, & praesentium corda dulci, & prudenti sermone lenire. Quem fructum ex Salvatore nostro, ac perfectionis magistro debemus accipere, & ab eo disciplina de alius loquendi comparare. Quam enim carere, quam honorifice ipse, non quidem de aequalibus, sed de minoribus, & de creaturis suis loquutus sit, regius vates brevissimo, sed dulcissimo versu cantavit. Ex vsuris (inquit) & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Homines quidem a vitiis & peccatis liberasse (qua interprete Augustino, vsurarum nomine intelliguntur, quia plus mali invenitur in suppliciiis, quam commissum est in peccatis. Nam si quis proximi corpus occidendo laesit, se ipsum corpore, & animo in infernum destruxit,) causa esse potuit, ut eos tamquam seruos emptitios, aut tamquam mancipia vilissima bello capta tractaret, & verbis contumeliosis offenderet, ignominiamque maledictis inureret. Sed non ita fuit, imo honorabile nomen eorum coram illo. Imo dignissimis nominibus copellavit, honorificis titulis exornavit, laudationibus est prosecutus. Iam nomen eorum deleuit in aeternum & in saeculum saeculi, illud scilicet nomen, quo vocabantur apud Hoseam: Absque misericordia, & non populus meus. Iam nec memor erit nominum eorum per labia sua, illorum scilicet nominum, quibus hostes, inimici, infideles, idololatras vocabantur: Sed eos oves, amicos, fratres, filios appellat. Ego (inquit) sum pastor bonus, & cognosco oves meas, homines mirum, quos a Diaboli laqueis eripui, & in meum gregem adduxi. Et rursus. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat dominus eius; vos autem dixi amicos, quia omnia quae audivi a patre meo nota feci vobis, & tamquam amicissimis meis secreta caelestia manifestavi. Et iterum, Non confunditur vocare fratres suos, dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio Ecclesiae laudabo te. Unde Maria dixit: Vade, dic fratribus meis, ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Ut enim nos suos fratres vocaret, & efficeret paulominus ab Angelis minoratus, Patre, cui secundum naturam divina erat aequalis, secundum humanam minore se fecit. Denique per prophetam ait: Ego ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in filios, & filias. Honorabile quidem nomen eorum coram illo. Non potest autem humana infirmitas eam dulcedine cogitare, qua suavis, ac dulcis Dominus cum hominibus loquebatur. Nihil erat in eius verbis horridum, nihil incultum. Non clamabit (vaticinatus est Isaias) neque accipiet personam, neque audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non exstinguet: In veritate educet iudicium: Non erit tristis, neque turbulens, donec ponat in terra iudicium, & legem eius insulae expectabunt. Quid est, obsecro, non clamabit, nisi quod mitissimus Dominus

Psal. 9.

Hosea. 2.

Psal. 15.

Ioan. 10.

Ioan. 15.

Hebra. 2.

Psal. 21.

Ioan. 20.

Psa. 3.

Citat. 2.

2. Cor. 6.

Isai. 42.

A non erat clamorosus, neque importunus altercator; non clamabat, sed summa modestia, ac animi benignitate homines admonerebat, & ad rectitudinem hortabatur. Non audiebatur vox eius foris, non in vicis, & plateis coram externis, aut in domo inter suos perstrepebat; imo inter persecutores non aperuit os suum, sed tamquam ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se, non praemetu, sed praemanitudine, obmutuit. Calamum quassatum non conterebat, & linum fumigans non exstinguerebat, quia nemine quantumvis fragilem, & contemptibilem aspernabatur: peccatis fractum, gratia & misericordia redintegrabat, & iamiam tetationibus penes extinctum, pace & tranquillitate, & victoria ab hostibus parva igne charitatis accendebat. Sane non erat tristis, neque turbulens, ille, qui perfidi venditoris inmane facinus siluit, & impiissimi traditoris oculum non exhorruit, & terribili hoste, verè & ex animo amicum copellavit.

Isai. 53.

B Haec lenitas Salvatoris, quae in verbis eius sanctissimis elucebat, suae est erga nos dilectionis insignis: & idè, qui charitate proximorum feruet, & perfecti sunt signi verae dilectionis, & fructu suae perfectionis exhibeant. Primum, fratrum infirmitates & defectus debent silentio cooperire, neque illis leuiter, atque inaniter obmurmurare, illud adimpleret Ecclesiastici: Audisti verbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te sedens, quia non te dirumpet. Sunt enim aliqui animi ita angusti, & minuti, ut modicum proximi defectu non capiunt, sed simul atque eum vident, aut cognouerint, aut (quod detestabilius est) temere iudicauerint, inconsiderate effutiant, & intra se continere non possunt. In istos illud eiusdem Ecclesiastici quadrat:

Eccle. 19.

C Va duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terra ingrediendi duabus viis. Duplex namque habet cor: unum, amplum, & vitio proprii amoris distentum, in quo propria peccata celant, & quasi cadauera putrida sepeliunt; alterum arctum, & inuidiae labe fati angustum, in quo nec leue alterius peccatum possunt abscondere: Labia habet scelestia, quia nihil sonant, nisi peccata, & scelera proximorum & bona illorum pro ingenua malitia, aut penitus sedant, aut si id non possunt, extenuant. Manus sunt illis malefacientes; nam & si fratrem manu non feriant, lingua tamen & verbis vice manus percutiunt: & ingrediuntur duabus viis; una, qua sua peccata excusant & coregunt; alia, qua fratrum defectus accusant & apeririunt. Neque illi profectio nimis taxantur, quos Bernardus multo maiori acrimonia perstrinxit. Proditores sunt (inquit) quicumque in hoc Domini castrum inimicos eius introducere moliantur, quales sunt vique detractores, Deo odibiles, qui discordias seminant, nutriunt scandala inter fratres. Sicut enim in pace factus est locus Domini, sic in discordia locum Diaboli fieri manifestum est. Non misemini fratres, si durius loqui videor, quia veritas neminem palpat. Omnino proditorem se nouerit, si quis forte (quod absit) vitia quaelibet in hanc domum conatur inducere, & templum Dei speluncam facere demoniorum. Gratias Deo, non multos hic inuenimus huiusmodi, sed tamen deprehendimus interdum forte nonnullos, qui colloquantur hostibus, & pacifcant ut foedus cum morte, hoc est moliantur, quod in eis est; imminuere ordinis disciplinam, interpelescere feruorem, turbare pacem, laedere charitatem. Longè absunt hi ab exemplo Christi sectando; ille enim nulli malum intulit; isti verò omnibus mala suis verbis important. Per illum nemo quicquam boni perdidit: per istos verò vniuersi & ipsi quoque bonitatem amittunt. Nam qui wurmurat (inquit Laurentius Iustinianus) fratris astimationem in corde perimit audientis, audientis quoque

Eccle. 2.

Bern. ser. 3. de aud. Eccle.

D

E

Laure. Iust. de. de. 1. per. mon. c. 4

animam in odium concitat delinquentis, & propria A
animam mucrone percussit detractionis.] Hi sunt, qui
ceteris sanctorum turbant, & mille peccatis contami-
nant. Nam alij detractionibus maleolorum laesi irri-
tantur, indignantur, iniuria vindictam appetunt, &
interdum vni obmurationi multis obmurationi-
bus respondent. Contemplerur itaque, ne quis
desit gratia Dei, illi in qua gratia, qua nos ad magnam
pacem & ad fidelissimam vocationem vocavit; ne
qua radix amaritudinis sursum germinans, & in verba
prorumpens, impediatur profectum nostrum, & per il-
lam inquinentur multi.] Radix amaritudinis est de-
tractio. Nam sicut ex vna radice multi rami procedunt;
ita ex vna detractione multiplex emergit amaritudo
in cordibus aliorum. Vnus lupus si in caulas ovium
ingrediat, vnus cum sit, omnes oves perturbat &
miseret; & vnus inuidus, aut malevolus, & bono dile-
ctionis carens, sufficit vnuerfos, qui in domo sunt, v-
na obmuratione turbare. Neque dicat aliquis, le-
uissimum est, quod dico, nullius momenti est, quod
effusio; quid enim refert leuia tantum dicere, si leuia
ista grauissimum malum perturbationis toti congre-
gationi afferunt? Si leuia ista reos diuini iudicij, pacis
turbatores efficiunt? Nec cauendum a grauioribus tan-
tum offensis (inquit Bernardus) verbi gratia, ab aper-
to conuicio, seu maledicto, sed a clandestino quoque,
& venenato susurrio. Non, inquam, sufficit os custodi-
re ab his, & similibus, cauenda sunt leuia, si tamen leue
debeat dici, quodcumque in fratrem praesumpseris
voluntate laedendi, cum hoc solo si irascaris illi diu-
ni reus iudicij tenearis.]

Hebr. 12.

Bern. ser.
29. in
Cant.

Apo. 22.

Genes. 3.

Defectus autem fratru aperire Praelato (aut frater-
na correctione praemissa, si illi renunciatum non sit,
aut sine illa vbi omnes huic suo iuri renunciarunt)
neque est detrahitio, neque fraudulentum susurrium,
& multo minus aduersatur charitati, si tamen tria do-
cumenta seruentur. Alteru, ne irati, & indignatione
possessi, sed animo iam pacato, & tranquillo fratris
casum praeposito manifestemus. Eiusdem enim detri-
menti est, si irati puniamus, ac si patri, qui remedium
allaturus est, delinquentis peccatu irati pandamus. Ita
namq; modum in punitione non seruat, & mensuram
veritatis in alieno peccato detegedo semper excedit.
Alteru, ne vulnus fratris ostendamus spirituali medi-
co, animo & voluntate laedendi, sed eo solo desiderio
permoti, vt qui nocet, non noceat adhuc, & qui in
sordibus est, non sordescat adhuc.] Sed a casu vel de-
fectu liberatus in cordis sanctitate perduret. Na si lae-
dendi animo, aut nocendi desiderio, casus fratrum
Praelato detegantur manifestatio haec, non iam ad di-
lectione pertinet, sed ad detractione, & malevolentia
spectat. Quid enim ad obloquentis excusationem re-
fert, si Praelatus ex eo, quod sibi dicitur, corrigendi eu,
qui deliquit, occasione accipiat; du ipse, qui obloqui-
tur, no emendatione fratris, sed eius infamiam, & de-
decus aucupatur. Oculis sane istius non recta inten-
tione loquentis, nequa est, licet Praepositus, eius ma-
litia in medelam peccatoris vtens, bonus sit. Tertium
denique vt defectum fratris sincere & sine vlla exag-
geratione, vt gestum est, reueletur. Sunt enim aliqui,
aut iracundia permoti, aut zelo nimio religionis in-
citati, qui ita modicam incuria coram Praelato sui fra-
tris amplificat & verbis exaggerant, ac si infirmus
ille, qui defecit, totam eommunitatem perturbasset,
aut religionem funditus euertisset. Hoc malum ex
prima genitrice Eva humana natura contraxit; sicut
enim illa Dei praepositi amplificatione, vt creatorem
suum vni rigoris argueret: Praepositi (inquit) nobis
Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud (abs-
que dubio lignum vite) ne forte moriamur.] cum ta-

men piissimus Dominus, non ligni contactum, sed
fructus dumtaxat esum prohibuisset: ita & huius ma-
tris filij valde proni sunt ad aliorum facta exaggera-
da, ea praesertim, quae aliquam mali speciem praese-
ferunt. Ita autem veritas, & manifestationis sinceritas,
in hoc consistit, vt si defectus tui fratris modicus
fuit, no eum tuis verbis magnu, & intolerabilem faci-
cias: si magna occasione tibi oblata ex infirmitate
peccauit, ne dicas, illum ex malitia, & sine vlla occa-
sione deliquisse: si semel, aut bis cecidit, ne numero
aliquid addas, affirmesque saepius cecidisse: si pecca-
ti reus est, ne vitio, & praou habitu laborantem effi-
cias. Aliud enim est dicere (auctore Dorotheo) quod
iratus sit frater, atque aliud quod iracundus; quia sci-
licet hoc non vna actionem tantum, sed totam eius
vita aperit, atq; commaculat.] His igitur obseruatis,
aliorum errata Praelatis aperire magni profecto me-
riti est, & eximium charitatis indicium; nam qui ita se
gerit, non solum illum amat, quem detegit, sed totam
religiosam vitam diligit, cuius dispendium etiam mini-
mum hac ratione propulsat, & splendorem perfectio-
nis, & sanctitatis, miro modo conseruat.

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

Aliud etiam in verbis necessarium est, ad perfecta
dilectionem tenendam, ne scilicet detrahamus, nec
detractores audiamus, illud Salomonis implentes. Re-
moue a te os prauum, & detrahentia labia sint pro-
cul a te.] Et rursus illud Psalmista obseruantes: De-
trahentem secretum proximo suo, hunc persequerebar.]
Nihil enim magis mutuum inter fratres charitatem
exhaurit, quam obloquentes, & susurriones admit-
tere, quorum verba, non amici; aut fratris virtutes,
sed vitia, & defectus narrantia sensim ad molestiam,
& odium iniurant. Hoc profecto Ecclesiastes signifi-
cat, dicens: si mordeat serpens in silentio, nihil eo mi-
nus habet qui occulte detrahit.] Sicut enim serpens
abscondite venenum infundit; & cum aduersis, inue-
nis te ab illo percussum, & veneni pestiferi violentia
sauciatur sic detrahitore admittens, & fratris peccata,
aut defectus audiens, subito amore, quem erga illum
habebas, aut vulneratum, aut penitus exhaustum in-
uenies. Sed forsitan haesitabit quispiam, an omnino
auditio defectus alieni sit respicienda, an potius ali-
quando admittenda: Admitti quidem potest, quando ille
qui defectu alterius aperit, iuste se gerit. Na duo sunt
tempora (auctore Basilio) in quibus liceat secus aliquid
de aliquo dicere, videlicet, vt quando necesse habet ali-
quis consulere vna etiam cum aliis, quid hoc idonei
iudicati sunt, quo pacto corrigendus sit, qui peccatum
comisit: Et item, quando necessitas poscit, vt periculo
consultatur aliquorum, qui saepenumero ex ignorantia
comiseri possent cum malo, tamquam cum bono. Cum
Apostoli praepositi sit; vt ne quis se cum his commisceat,
qui istiusmodi sunt, ne quando capiat laqueos anima-
sua.] Extra huiusmodi vero necessitatem, qui aliquid
secus de aliquo loquitur, illius insimulandi, vel vitu-
perandi causa, detractor est; esto veru sit, quod loqua-
tur.] Istis ergo, qui nocedi animo obloquentur, & alio-
rum crimina, siue grauias, siue leuia in ore versant, haud
quaquam aures praebear verus amator, si vult charitate
fraternam integram, & illibata custodire. Sed si ille, qui
detrahit vit est magna auctoritatis, cui os aperta re-
prehensione obturare non audet, saltu tristitia, & gra-
uitate vultus obturet. Dices (inquit Hieronymus) ipse
non detraho aliis loquentibus, quid facere possum?
Ab excusandis excusationes in peccatis ista praeten-
dimus. Christus arte non illuditur, nequaquam mea,
sed Apostoli sententia est: Nolite errare, Deus non
irridetur.] Ille in corde, nos videmus in facie, Salomo
loquitur in proverbis: Venus Aquilo dissipat nubes,
& vultus tristis linguas detrahentium.] Sicut

Doroth.
doct. 6.

Prov. 4.

Ps. 100.

Eccl. 10.

Basl. in
reg. breu.
ad inter.
25.

1. Cor. 5.

Hieron.
epi. 4. ad
Rusticu.
c. 9.Galat. 6.
Prov. 25.

enim

Osee. 7. Eccl. 27.

Prov. 24.

Eccl. 22.

Eccl. 22.

Mat. 5.

enim sagitta si mittatur contra duram materiam non numquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem, illudque completur: Facti sunt mihi in arcum praenum.] Er alibi: Qui mittit in altum lapidem, recidet in caput eius;] Ita detractor cum tristem faciem viderit audientis, imò ne audientis quidem, sed obrutantis aures suas, ne audiat, iudicium sanguinis, illud conticescit, pallor vultus, haerent labia, salua siccat. Vnde idem vir sapiens: Cum detractoribus (inquit) ne commiscearis, quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinam vtriusque quis nouit?] Tam scilicet eius, qui loquitur, quam illius qui audit loquentem?] Si autem detractor aequalis est, aut etiam minor, non sunt necessarij circuitus, sed palam dicendum est ei: Dum aliquod bonum fratris mei affers, libenter audio: sin autem mala effutire vis, non audio. Zelemus nos ipsos, ploremus peccata nostra, curemus infirmitates nostras; aliorum verò dicta, aut facta, quae quidem minime ad nos attinent, relinquamus.

His modis, cum fratres absentes sunt, in charitatem simul, & iustitiam peccamus; sed si praesentes adsint, duo alia vitia fugienda sunt: Alterum ne verba contumeliosa, aut iracunda in illos proferantur: Alterum ne qua iniuria laceffi, & prouocati penitus irascamur. Rixae quidem, contentionesque verborum sunt velut aquae impetu defluentes, quae ignem amoris in cordibus sanctorum accensum, extingunt, & mutuam auerfionem nutriunt, ac fouent. Verbum vnum impatienter, & inconsideratè prolatum est, sicut acutissimum tellus, quod primum quidem proferentem percutit, deinde verò miserabiliter audientem confodit. Vnum est, sed non vnum solum affert dispendium; nam & loquentem criminè iracundiae ferit, & audientem animi tristitia commouet, & charitatem pellit, amicitiamque disungit. Vnde apud Ecclesiasticum legimus: Mittens lapidem in volatila, deiciet illa: sic & qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam.] Violat sine dubio amicitiam & mutuam soluit dilectionem, qui conuitiis, & impropriis fratrem contristat: Nam dilectionis proprium est dilectum honore prosequi, & eius vitia, si qua habet, contegere. Hanc autem legem transgreditur, qui hostis ingenium induens dedecore fratrem afficit suum, eique imbecillitates in publicum prodit. Violat in semetipso dilectionem, qui percutiens fratrem inuicem conuitiis, in tam praestantissimam virtutem verba pronuntiat, & violat in alio quem impedit, quoniam in eo dilectio, verbi iniuria perimitur, & ira, & furor, & odium excitatur. Mirum autem est, quam difficulter per conuitiium, vel contumeliam amicitia disrupta reparatur. Ad amicum (subiungit Ecclesiasticus) & si produxeris gladium, non desperes; est enim regressus ad amicum, si aperueris os triste, non timeas, est enim concordatio; excepto conuitiio & improprio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa: in his omnibus effugiet amicus.] Itaque sicut superbere, & fratrem velle pedibus proterere; & coeulcare, amicitiam omnino destruit; sicut eius magni momenti secreta reuelare charitatem funditus diruit, sicut illi vulnus insidiosè & fraudulenter infligere, penitus dilectionem euertit: ita & non minus verbum improprij, siue conuitiis necessitudinis iura dissoluit. Si verò haec charitatis violatio, & amicitiae dissolutio in tanta obligatione eam conseruandi non timeatur, timeatur saltem terribilis illa comminatio Saluatoris qua inquit. Amen dico vobis, quia qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio: Qui autem dixerit fatue, reuserit

gehennae ignis.] Timeatur fratris interdum Deo dilectissimi iusta querimonia, qui iniuria laesus, & contumeliosis verbis afflictus, Dominum suum, à quo utique tenerrimè amatur, aduersus eos qui se contristauerunt, interpellabit cum sponsa, dicens: Domine, filij matris meae pugnaverunt contra me, laeserunt me verbis, afflixerunt iniuriis, dilacerarunt detractionibus.] Circa dubium autem misericors & benignus Dominus sponsae suae querelas exaudiet, & in eos, qui eam sine causa contristant, grauitè animaduertet. Timeatur denique eiusdem fratris, aut miser casus, aut certè nimia tristitia, qua occupatus, & absorptus, nec merita cumulare, vt solebat, nec mala vitare sciet, cuius peccata in caput illius reciderit, qui occasionem obtulit tanti doloris. Vtrius ille, & mortem (inquit Bernardus) clauso laterali vulnere intra semetipsum gemens, dum totus in ira & disceptatione positus, nihil aliud silens versare in mente possit, nisi iniuriam, quam accepit. Non potest orare, non potest legerè, non sanctum, aut spirituale aliquid meditari: & ita intercepto vitali spiritu, dum suis destituta alimèntis vadit ad mortem anima, pro qua Christus mortuus est, quid tu interim, quæso, animi habes? Quid oratio tua, aut opus quodcumque interim feceris, sapit tibi, contra quem nimirum Christus clamor de pectore fratris tui, quem contristasti, filius (inquiens) matris meae pugnat contra me; & qui simul mecum dulces capiebat cibos, repleuit me amaritudine: Quod si dixeris illum, non tam grauitè pro tam leui causa debuisse turbari, respondeo: Quanto leuior est, tantò à te leuius potuit non committi, quamquam nescio quomodo leue dicas, quicquid amplius est, quam irasci, cum vel hoc ipsum obnoxium esse iudicio, ex ore ipsius acceperis iudicis. Quid enim? Tu ne leue dixeris, in quo offenditur Christus, vnde ad Dei iudicium pertrahi habes, cum horrendum sit incidere in manus Dei viuèntis?]

Qui his monitionibus eruditus fratrum iniurias fuerit auertatus, & os suum obturare didicerit, vt prohibeat linguam suam à malo, & labia eius non loquantur dolum;] ne in hoc gradu mansuetudinis, & remedio dilectionis sistat, sed alium etiam superiorem altiorèmq; conscendat, vt scilicet à fratre contumelia & conuitiio aliquo laesus, penitus irae ianuam sui cordis ocludat, & indignationem irruentem non admittat; Christi mansuetudinem opere amplectatur, qui Samaritanus, & daemonicus vocatus, hilari vultu, serena facie, corde tranquillo, ac mitibus verbis respondit: Ego daemonicum non habeo; sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me.] Mansuetè impropria audiat, sicut dux noster amantissimus cruci affixus, tot impropria, & conuitiia in se prolata mitissimè audiebat, ac cum aeterno Patre suo loquens, cum hominibus omnino flebat, Conuitiis vindicta sit, aut culpa modesta confessio; aut si culpa non est sibi conscius, humilis & mansucta responsio: Nam (vt est apud Salomonem) responsio mollis frangit iram. Non multum ab amatore Christi postulatur; si ab eo petitur, vt verbum fratris, solum profecto aciem verberans, patienter sustineat, qui crucifixi pedibus oscula figens, constanter promissit se verbera, colaphos, lanceas, gladios, & sagittas, & ipsam mortem acerbissimam pro eo libentissimè perpassurum. Non est difficile conuitiium sustinere, quo appetitus nihil mali accepit; & conuitiator seipsum percussit, & Christum ipsum suae maledicentiae ultorem expectat. Si quando insurrexerit contrarius tibi (inquit Thomas à Capis, auctor simul spiritalis & pius) & dixerit, quod non libenter audis esto patiens, & tace, illatis malis

Cant. 1.

Bern. ser. 29. in Cant.

Cant. 1.

Hebr. 10.

Psal. 33.

Ioan. 2.

Prov. 15.

Thom. à Camp. epist. 1.



Dominus respondebit. Iustus enim Dominus inultum non patietur abire, quodcumque nocium verbum. Quid tibi nocere potest alterius malitia, si contra te inflatur, si detrahit, si obiurgat? Scipsum magis prodit, quia bonus non est. Nam si tu bonus fueris, & in patientia manseris, nihil mali tibi intulit, sed potius meritum tuum auxit. Tu clarior ex opprobrio coram sapientibus, tu probator ex virtute patientia. Nemini nocet prauitas alterius, nemine lædit verbū contumeliosum quamdiu ipse pius & immotus fuerit. Omnis homo qualis interior est, talis ei exterior aduersitas erit, quia si tu bonus, simplex, ac rectus, ac Deū timēs probaris, nemo tibi bonitatem, iustitiam, & pacem tuam potest auferre, nisi eam voluntariē reliqueris. Non est magna patientia, quam parua res perturbat. Disce saltem tacere ad iniuriā, quia prudētis est tacere in tempore malo. Ista in aduersis mansuetudo est verissima iniuriarū victoria, certissima imitatio Christi, decorū indumentum Euangelicę legis, & inconcussa, tutela charitatis. Hanc qui habet, fratrem in amicitia, & dilectione cōseruat; in sapientibus victus, sed Deo, & Angelis, & hominibus sapientibus victor apparet; nomen longanimis, & mitis ac eternę patrię ingressum conquirat. Nā per multas tribulationes & labores oportet nos introire in regnum Dei. Quādo verborū contumelia tentaris (ait Basilus) illud existima periculū de te fieri, an Deo per patientiā adhareas, seu per iram in aduersarij partes inclines. Da tempus cogitationibus, ad optimā eligendi partem, opportunum. Nā de duobus, alterū proculdubio consequeris, aut inimicum tuę mansuetudinis exemplo maiorem reddes, vel certē si despexeris, acrius illū vindicabis. Quid enim aduersario ruidius esse potest, quā te animum gerere cōtumeliis omnibus altiorē? Noli tuam pessundare mentem; nec ab eo qui te conuictis, & omni iniuria petit, cōprehendi patiare. Sine illum frustra te allatrare, in seipso dirumpi, sicut enim ille, qui minimē sentientem, aut curantem verberat, seipsum lædit, & incommoda afficit, quōd nec inimicum pletere, nec animā irāque exfaciare se videat: Sic & is, qui contumelia in eum, qui nequaquam doleat, vituit, perturbati animi consolationem inuenire nullo modo poterit. Quin potius (quemadmodum diximus) ardebit magis, & animo æstuat. Ex hac igitur conditione, quale vterque vestrū nomen assequamur, videamus; Hic contumeliosus, tu magnanimus vocaberis; hic iracundus & durus, tu longanimis, & mitis; hunc quandoq; penitebit horum, quę loquitur, te numquam benefacti, aut virtutis penitebit. Quid plura? Huic contumelia regnum cælorum claudit. Quod contumeliosi regnum Dei nō cōsequuntur; tibi taciturnitas idem aperuit. Nā qui sustinebit vsque in finem, hic saluus erit. Ne ergo tota bona simul cum charitate, vnica commotione perdantur, enitendum est, vt iniuriam, vel contumeliam pacatus animus, lene verbum, & mansuetum signum excipiat.

Meritō autem signorum etiam mentio facta est; quoniam sunt nonnulli, qui cum iniuria afficiuntur, verba quidem improprij comprimunt, vultus tamen tristitiam, & gestus indignationis indices cohibere non valent. Cū tamen huiuscemodi signa minus acceptam iniuriam reddant, & rationem referant, quā si quis verbis contumeliosum læsisset. Sunt enim signa quędā (inquit Beatus Dorothæus) quibus proximum lædamus; sunt aspectus, quibus eundem affligamus & molestia non parua afficiamus: signa itaque commotionis, & irę etiam abicienda sunt, quia cor blandum, & mite, & charitatis dulcedine imbutū, nec verba dura, nec signa tristia,

A & insuauia permittit.] Hęc autem lenitas & mansuetudo non tantum secularibus, & externis exhibenda est, sed pari cura fratribus, & domesticis offerenda. Nam sicut mansuetudinem cum verbis impetitur apud externos, ipsorum ædificatio postulat; ita cum a domesticis irritamur, eandem, bonum charitatis odor exposcit. Et non mansuetudini, sed inani gloria imputabitur, si quis cum secularibus agens, patiens, & mitis sit, cum fratribus verō conuersans, impatiens & iracundus videatur. Præceptum enim Domini, ne fratribus irascamur, obligat quidem nos, ne aduersus aliquem hominem (qui, vt iam diximus, nomine fratris intelligitur) iram concipiamus; sed multo magis constringit, ne fratrem nostrę conuersationis participem indignatione lædamus. Ex quo aliquorū deploranda fatuitas deprehenditur, qui cū fuerint conuicti alicuius fratris offensi, si ad lenitatem, & mansuetudinem inuitentur, illud solent respondere, quod legimus apud Ioannem Cassianum. Si paganus aliquis, si hoc secularis fecisset, aut ista dixisset, recte debuit sustinere; quis autem ferat fratrem tam grauis conscium culpę, aut tam insolens de ore conuictum proferentem?] Huic autem querelę, ipse Cassianus certē eximius vitę spiritualis præceptor satisfaciatur. Quasi verō (inquit) patientia infidelibus tantum, atque sacrilegis, & non omnibus sit generaliter exhibenda, aut iracundia contra gentilem noxia, contra fratrem vitilis æstimanda sit, cū vitique perturbatę mentis obstinata commotio, non dissimile; contra quemuis fuerit excitata, sibi inferat detrimentum. Tandem si quando contigerit, aut fratrem verbo aliquo offendere, aut offensus ab illo, & irritatos irasci, meminerimus sententię Abbatis Ioānis, qui cū a magno fene Pefio audiret: Numquam me sol resicientem vidit; ipse subiunxit: Nec me vidit iratum. Non obliuiscamur monitionem Pauli: sol non occidat super iracundiam vestram;] sed ante solis occasum, ante nocturnam quietem fratris offenso reconciliati cum eo, in gratiam, & amicitiam redeamus, semper nos somnus tranquillo & pacatos excipiat, vt quietam dormitionem, qua corpus quiescat, cor autem desiderio orationis inuigilet, feruida oratio, & pacifica cum Deo colloquio subsequatur.

D Qui hac ratione suā linguam frānerit, suam iram cohibuerit, & signa tristitia compresserit; si id iam ex habitu fecerit, & facile hilaritęque præstiterit; fructum profectō suauissimum perfectę charitatis fraternę habet, & optimo iure potest ab omnibus reputari perfectus.

De tertio fructu huius perfectionis, qui est omnes opere & exemplo iuuare.

CAPVT XXVIII.

Postremus perfectę charitatis fructus in hoc situs est, vt omnes proximos bonis operibus adiuuemus, & sanctitatis exemplis fulciamus. Quem quidē fructum multo clariūs, ac euidentius quā alios duos ex arbore vitę, nimirum ex Christo Salvatore nostro valemus accipere. Primū enim, ac præcipuum; quo Christus Redemptor noster suam dilectionem ostendit, sunt opera stupenda & mirabilia, quę in hominum salutem & utilitatem parauit. Cępit enim facere & docere.] Principiō fecit; deinde verō, quę antea fecerat, docuit, & doctrina factis stabilita, & operibus confirmata, homines erudiuit. Optimus modus docendi,

si prius

Ab. 4.

Basil.

Mat. 24.

Doroth. doct. 3.

Cassian. col. 16. c. 17.

Cassian. de spiritu. Gastrim. c. 27.

Ephes. 4.

Astr. 1.